

FACULTAS

R. P. Provincialis Societatis Jesu per Rheni superioris Provinciam,
Auctori facta.

PETRUS DEUMER

Provincialis SOCIETATIS JESU Rheni superioris.

Cum partem I. Magiæ universalis Naturæ & Artis, compositam à P. Casparo Schott Nostræ Societatis Sacerdote, tres ejusdem Societatis Sacerdotes, quibus id commissum fuit, recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultate nobis ab Admodum Reverendo Patre Gosvino Nickel Generali communicata concedimus, ut eadem typis mandetur, si ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & nostro sigillo munitas dedimus. Herbipoli 3. Junii Anno 1657.

Petrus Deumer.

(L.S.)

FACULTAS

R. P. Provincialis Societatis Jesu per Rheni superioris Provinciam, Bibliopolæ facta.

PETRUS DEUMER

Provincialis SOCIETATIS JESU Rheni superioris.

Cum ex Mandato Sacræ Cæsareæ Majestatis omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quamcunque librariam negotiationem exercentibus, serio firmiterque inhibeatur, ne quisquam libros ullos à SOCIETATIS Nostræ Patribus hætenus editos, aut imposteriorum edendos, intra S. R. Imperii, Regnorum, & Dominiorum Suae Cæsareæ Majestatis hereditariorum fines, simili aliove charactere aut forma, sive in toto, sive in parte recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere, & distrahere, clam seu palam, citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium, audeat, vel præsumat: Ego PETRUS DEUMER SOCIETATIS JESU per Rheni superioris Provinciam Provincialis, concedo Hæredibus Joannis Godefridi Schönvvetteri facultatem, suis sumptibus excudendi P. GASPARIS SCHOTTI à SOCIETATE JESU Partem I. Magiæ universalis Naturæ & Artis. In quorum fidem hoc eis testimonium, manu nostra subscriptum, & sigillo munitum dare voluimus. Herbipoli 3. Junii 1657.

Petrus Deumer.

(L.S.)

)(

HY-